

Innocentius episcopus servus servorum dei. Dilecto filio . . . preposito Nuemburgensis ecclesie salutem et apostolicam benedictionem. Meritis devotionis^{b)} dilectorum filiorum . . . prepositi, . . . decani et capituli ecclesie Misnensis inducimur, ut ipsos favore benivolo prosequentes specialem eis gratiam faciamus. Hinc est, quod nos ipsorum supplicationibus inclinati eis per nostras litteras duximus indulgendum, | ut ad receptionem alicuius in eorum ecclesia vel provisionem in prebendis vel aliis ecclesiasticis beneficiis seu etiam pensionibus per litteras | sedis apostolice vel legatorum ipsius impetratas, per quas non sit ius alicui acquisitum, vel etiam impetrandas^{c)} compelli minime valeant, nisi | in eisdem litteris impetrandis plena et expressa de nostra indulgentia et toto tenore ipsius de verbo ad verbum mentio habeatur. | Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus dictos prepositum, decanum et capitulum non permittas | super hiis contra concessionis nostre tenorem ab aliquibus indebite molestari, molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam | appellatione postposita compescendo, non obstante, si aliquibus sit a predicta sede indultum, quod excommunicari^{d)}, suspendi vel | interdicti seu extra certa loca per litteras apostolicas in causam trahi non possint, nisi plena et expressa de predicta indulgentia | et de toto tenore ipsius de verbo ad verbum in eisdem litteris mentio habeatur. Dat. Anagnie XI kal. octobr. | pontificatus nostri anno duodecimo.

(B.)

100.

Papst Innozenz IV. verfügt zugunsten des Domkapitels von Meißen, daß es keinem päpstlichen Delegaten gestattet ist, über das Kapitel die Exkommunikation, Suspension oder das Interdikt zu verhängen, es sei denn, ein besonderes päpstliches Mandat liegt hierzu vor, in dem der Wortlaut dieser Vergünstigung, welche eine Gültigkeit von drei Jahren besitzt, vollständig angeführt worden ist.

1254 September 29, Anagni

Original: Dresden, HStA, 12856, DCM 63 (A) — Provenienz: Meißen, Domkapitel — Pergament: 27,5–27,9 cm breit, 20,9 cm hoch, Plica 2,4–2,5 cm — littera cum serico — Besiegung: Bleibulle Innozenz' IV. (Apostelstempel 5, Namensstempel 4) hängt an rot-gelben Seidenfäden¹⁾.

99. b) Rasur (0,8 cm) vor tionis, darauf der mit derselben bzw. mit ähnlicher Tinte nach links verlängerte Balken des t A.

c) as auf Rasur (0,5 cm): Korrektur wohl von erster Hand mit derselben bzw. mit ähnlicher Tinte A.

d) excommunicari ohne Kürzungszeichen A.

100. 1) Die Siegelfäden sind genau über der oberen Kanalmündung der Bleibulle durchgeschnitten worden. Um das Siegel wieder am Pergament anbringen zu können, mußte die Bulle um 180° gedreht werden, wobei die aus der unteren Kanalmündung austretenden Seidenfäden in die im Pergament befindlichen Einschnitte (recto) eingeführt und auf der Rückseite miteinander verknotet wurden, so daß die Bleibulle nun eine kopfständige Position einnimmt. Auch wenn nicht